

(o)

---

PAVLI HERMANNI  
LAPIS  
MATERIAE MEDICAE  
LYDIVS

---

PRAEFATIO.  
LECTORI BENEVOLO

*Salutem plurimam dicit*

D. CHRIST. FRID. WELSCHIVS.

**P**ræfens opusculum, Benevole Lector, quod tibi vice hæc offertur, non meus, sed Beati Pauli Hermanni, Medici & Professoris Lugduno Batavi olim celeberrimi, Botanici vero incomparabilis, Labor est. Beati scribo Hermanni, Præceptoris mei quondam, imprimis in Re botanica, doctissimi, & quod primo loco erat nominandum, infucati & fidelissimi. Hic hæc pagellas eum in finem conscripserat, ut sibi, ad lectiones super Materia Medica habendas se Præparanti Enchiridii loco inservirent commode. Singulorum Clarissimus hic Vir & simplicium, & compositorum Medicaminum constitutionem viresque exacte callebat, nitide & nervose, secundum ductum naturæ ipsarum rerum, eadem describebat, mellitoque ore descriptiones suas illustrabat, variisque remediorum formulis suppeditatis ad Praxin apte applicabat, ac Praxi confirmata remedia non vanorum Empiricorum more celata volebat, sed ut sincerum probumque decet Medicum, suos fideliter docebat, quo & illi aliquando indigo proximo inservire iisdem possent. Inter illos, qui ab hujus Viri Clarissimi ore eo tempore pendebant, uberrimamque doctrinam colligebant, ego etiam fui, quod, quam diu vixero, maximis felicitatis meæ monumentis annumerabo. Omnem favorem mihi, discendi cupido, ab hoc Viro exhibitum, satis dilaudare velle, conamen sane esset irritum & impossibile. Sufficiat ergo, si brevissimis coram universo litterato orbe profitear, me tantum a Beato Hermanno & favoris & fidelissimæ doctrinæ accepisse, quantum si centum simul vixissemus annos officiis meis demereri hæud potuissem.

( a )

Non

Non itaque dulcis, non jucunda, non s̄avis mihi Beati Hermanni est recordatio, sed amara semper & perquam acerba; Plus enim vice simplici undofas ex oculis meis extorsit lacrymas. Minime namque fallor, si mihi persuadeo, cum incomparabili Hermanno omnes Botanophilos Ducem suum & Principem, me vero, sit venia verbis, fidelissimum meum Præceptorem, inter omnes, quotquot unquam habui, Patronumque certum & immutabilem, amisisse. Ad alia quam plurima fidelitatis suæ erga me testimonia præsens opusculum, suum nempe, ut vocabat, Enchiridion, paucis, & nemini sane, nisi quem amabat infucatumque erga se inveniebat, ab eo communicatum, jure meritoque refero. Scio equidem optime, Manuscriptum quoddam de materia medica agens ex ejus discursu super hoc Enchiridio a nonnullis suis Auditoribus casamo volante exceptum compilatumve, apud quosdam inveniri. Verum, ipsum Enchiridion, seu concinnam ejus materiæ Medicæ examinandæ Methodum, possident, ut opinor, pauci. Manifestum autem hunc Beati Hermanni laborem, paucis quidem pagellis complexum, est magna adhibita opera plurimaque experientia ab eo exantlatum, facio, omniumque expono oculis propterea, ut sanctis Hermannianis Manibus illud reddatur, quod iis debetur. Haud enim sine maximo tædio hætenus aliquoties observavi, nonnullos Autores, quos facile nominare possem, ni eorum nominibus & famæ parcere magis placeret, in describendis simplicium imprimis plantarum virtutibus hunc Cl. Hermanni laborem fecisse suum. Plurima namque simplicia, etiam illa, quæ certe nunquam viderunt tam accuratè ad mentem Hermanni describunt, ut jurares, eos ipsos singula vel degustasse, olfecisse aliisque experimentis indagasse; Vel genium Beatissimi Hermanni iis affuisse & quæ scribere deberent, digitasse, calamumque direxisse; Quæ sane audacia & scribendi prurigo sæpe ad risum meum disposuit animum. Patebit igitur, ut spero, in posterum manifeste omnibus, hos Autores non ex fonte ipsius naturæ, quæ vera erat Methodus Hermanniana, sed ex alieno hoc eruditionis nectar hausisse. Errasse tamen etiam quandoque Beatum Hermannum, non negabo; sed homo erat: Erravit ille, erramus nos, & errabit Posteritas. Vale!

I. N. I.

I. N. I.  
 PARS PRIMA  
 REGNUM VEGETABILE,  
 exhibens  
 CAP. I.  
 DE RADICIBVS.

RADICES

*Sale volatili oleoso constantes.*

Acori vulgaris  
 Indici

Zedoariae

Galangae majoris  
 minoris

Zingiberis

Conveniunt in cruditate ventriculi  
 acida, colica, obstructionibus men-  
 sium, scorbuto, hydrope, Vertigi-  
 ne, Singultu, cordisque palpi-  
 tatione.

Dosis est. ℞j vel ʒβ

*Sale volatili, dulcedine juncta  
 constantes*

Imperatoriae

Angelicae

Mei

Levistici

Nizini. I. Nisi. Est radix plantae Ja-  
 panicae Ginsenech dictae.

Locum habent in Ophthalmia, Coli-  
 ca, passione hysterica, Cardialgia,  
 Lipothymia, confortanda memo-  
 ria, lochiisque promovendis.

Dos. ʒβ.

*Sale vol. oleoso, ut & multo fixo sale  
 praeditae.*

Valerianae

Serpentariae Virginianae

Costi albi

Cyperi longi

rotundi

Spicae Nardi

Celticae

Vincetoxici

Helenii.

Iris Florentinae

Curcumae longae

Petalitidis

Carlinae

Foeniculi

Apii

Petroselini

Conveniunt in hysterica passione,  
 Epilepsia, Ophthalmia, Apople-  
 xia, Lethargo, scorbuto, febribus  
 intermittibus, Tussi, Urinae  
 suppressione, mensibus, factu mor-  
 tuo, Lochiisque pellendis, nec non  
 strumis tollendis.

Dosis in substantia ʒβ. in infuso  
 vel Decocto a ʒij ad ʒβ.

*Sale vol. aromatico spirituosio &  
 penetrante, paucoque acido, sed  
 volatili constantes.*

Armoraciae

Ari

Scyllae

Pyrethri Germanici

Italici.

In scorbuto, malo hypochondria-  
 (a. 2)

ca,

co, Anorexia, phthifi. Armora-  
ciae succus calculo humano affu-  
sus, eum solvit. Armoracia etiam  
externe pedum plantis sub forma  
Cataplasmatum in soporosis affecti-  
bus applicatur.

Dosis  $\mathfrak{z}\beta$ .  $\mathfrak{z}\text{j}$ .

*Sale acri absque oleo tam fixo, quam  
volatili constantes.*

Saxifragia  
Gramen caninum arvense.

Contra tremores a Mercurialibus me-  
dicamentis ortos doloresque post  
partum commendantur. Diuresin  
movent & vermibus adversantur.

Dof.  $\mathfrak{z}\text{j}$ .

*Sale volatili blando & Balsamico  
praedita.*

Chinae  
Sarsaparillae

In lue Venerea, arthritide, febribus,  
scorbuto, atrophia &c. feliciter u-  
surpantur.

Dof.  $\mathfrak{z}\text{j}$ .

*Sale blando vol. temperato, in visco-  
sitate tenui incluso constantes.*

Orchidis.  
Palmae Christi

Venerem stimulant & foeminas ad  
conceptum disponunt, bonumque  
corpori nutrimentum praebent.

Dof.  $\mathfrak{z}\text{j}$ .

*Sale blando fixo in tenui viscositate  
incluso constantes.*

Scorzoneræ.  
Eryngii.  
Bardanae.  
Cichorei.

Ad Venerem stimulant, Gonorrhoe-

am sanant, nec non phthificis at-  
que hysteris conveniunt.

Dof.  $\mathfrak{z}\text{j}$ .

*Sale blando diuretico constantes.*

Asparagi.  
Rubiae Tinctorum.  
Ononidis.

Venerem & Urinam potentius finiunt  
sanguinemque congruatum  
resolvunt.

In decocto  $\mathfrak{z}\text{ij}$ .

*Amaræ, Sale fixo constantes.*

Gentianae.  
Millon.

In Febribus intermittentibus, ventri-  
culique debilitate conveniunt.  
Lumbricos necant atque expellunt,  
Sub specie turundae fistulis intru-  
duntur. Diuresin movent.

Dof.  $\mathfrak{z}\text{j}$ .

*Sale fixo cum pauco volatili, resinae  
incluso constantes.*

Peucedani.  
Fraxinellae  
Aristolochiae

rotundae.

longae.

tenuis.

cavae.

fabaceae.

Filicis Maris.

foeminae.

Osmundae regalis cujus succus mu-  
cosus extra herniis applicatus ex-  
ploratissimus est.

Sunt aperientia, anodyna, uterina,  
anthelmintica medicamenta. Exi-  
tum foetui parant, in rachitide  
conveniunt.

*Sale*

*Sale volatili fortiori gaudentes & purgantes vehementer.*

Alari Dos. in subst. ℥β.

Decocto. ℥j.

Cyclaminis. in substantia. ℥j.

Decocto. ℥β.

Hermodylorum in substantia. ℥β.

Rhabarbari in substantia. ℥j.

Rhapontii in subst. ℥j.

in decocto. ℥j.

Quoniam pravos humores educunt, in arthritide, hydrope &c. conveniunt.

Hermodyli in gutta serena ut specificum remedium commendantur.

Rhabarb. in Gonorrhœa convenit præcipue.

Rhapontium in orthopnoea laudatur.

*Sale fixo resinae incluso constantes & purgantes.*

Jalappa.

Turbith. vegetabile.

Mechoacannae.

Harum Resinae atque extracta dantur ad gr. XV. In infuso vel decocto ℥β.

Radices in substantia ℥β ad ℥ij.

*Sale fixo acri constantes & vehementissime purgantes.*

Cucumeris asinini in subst. ℥j.

Elaterium gr. vj.

Extract. gr. i. l. j.

Efulae majoris } ℥β

minoris }

Hellebori nigri ℥j.

albi ℥β vel gr. XV.

Bryoniae, subst. ℥j.

Extract. ℥j.

*Sale laxante fixo blando gaudentes.*

Ebuli.

Polypodii in Infuso vel decocto ℥j.

*Dulces s. blandis viscosis particulis cum dulcedine constantes.*

Glycyrrhizae } subst. ℥j.

Decoct. ℥β

Doronici } & ultra.

Conveniunt in faucium asperitate, Tussi sicca, pleuritide, dysuria & stranguria, phthisi, siti nimia, vertiginososque discutunt vapores.

*Mucaginosis crassisque particulis constantes.*

Altheae

Lilii albi

Symphyti in decocto ℥j.

Tussilaginis. In phthisi & tæbe specifica est.

Altheae & Lilii albi radices anodynæ sunt ac hysterice, conveniunt quoque in stranguria & dysuria. Externe emolliunt, maturant, dolores leniunt, quare etiam Clysteres, Cataplasmata & emplastra emollientia & lenientia ingrediuntur.

Symphytum præcipue vulnerarium est & antihæmoptoicum. Extra in hæmorrhagijs, fracturis, Luxationibus, Herniis, sanguine congruato &c. convenit egregie.

*Particulis acidis & copiosis terreis constantes.*

Alcannae

Bistortae

Tormentillae

Contrayervae

Caryophyllatae

Pimpinellae

Pentaphylli  
Nymphacae  
Paeoniae  
Cynoglossae

Mandragorae Dof.  $\mathfrak{z}\beta$ .

In alvi fluxu, nimia sanguinis resolutione, variolis & morbillis, ubi alvi fluxus supervenit, *profunt*: alexipharmacae sunt & in febre quartana conveniunt.

Nymphaea habet in se acidum singulare, phlogoses sanguinisque exaequationes temperans; Propterea in mania & vigiliis tanquam specificum extollitur. Convenit in sistendo fluxu seminali, pollutionibus nocturnis, obtundenda Venere, Inflammationibus renum & vesicae, ut & in febrium aestu.

Paeonia antepileptica est, & in morbis convulsivis convenit, nec non tremore & incubo puerorum.

Cynoglossa narcotica est, convenit in Gonorrhoea & astumate, abigitque pediculos.

Mandragorae Cortex vehementer tamquam  $\mathfrak{z}\beta$  purgat. Ejus mucago instar Opii narcoticum medicamentum est.

CAP. II.

DE CORTICIBVS.

CORTICES

*Salibus volatilibus oleosis constantes*

Aurantiorum  
Citri  
Cinnamomum  
Cassiae lignae.  
Caryophyllatae.  
Cortex Winteranus.

Guajaci Cortex.

China chinae vera, sale fixo, falsa amariff. constat.

In flatibus & torminibus abdominis, colicis, ut & passione hysterica, stranguria & dysuria, item in dysenteria & nimio mensium fluxu, asperitate faucium, Tussi & inflammationibus uvulae conveniunt.

Cortex Winteranus. Specificum est medicamen in scorbuto, nec non paralyfi.

Guajaci Cortex in Catarrhis, Odontalgia, Scorbuto, scabie, Lueque Venerea feliciter usurpantur.

Chin. chin. Antifebrile, antihyster: & antiscorbuticum medicamentum est.

Dof. in Substant. a  $\mathfrak{z}\beta$ . usque ad  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .

In decocto vero, & infuso  $\mathfrak{z}\beta$ .  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}\mathfrak{j}$ .

*Sale fixo diuretico constantes.*

Fraxini  
Tamarisci  
Capparis

Ob virtutem resolvendi in omnibus obstructionibus inprimis vitiis Lienis conveniunt.

In substantia  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .

Decocto  $\mathfrak{z}\beta$ .  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .

Extract.  $\mathfrak{z}\beta$ .

*Terreis particulis constantes.*

Castaneae  
Granatorum  
Quercus

In substantia  $\mathfrak{z}\mathfrak{j}$ .

Decocto ad  $\mathfrak{z}\beta$ . & ultra.

In listeadis omnibus fluxibus &c.

CAP. III.

DE LIGNIS.

LIGNA.

*Salibus oleosis aromaticis constantia.*

Sassafras  
Guajacum.  
Sanctum.

Aloes s. Agallochum vel, Callambac  
Santalinum Citrinum  
album

Rhodium

Conveniunt in phthisi, scorbuto & Lue  
Venerea, nec non fluore albo mulie-  
rum.

In decocto ℥j.

Essentia ℥j. ʒijj.

Oleum destill. gtt vj.

*Sale blando diuretico constantia.*

Lignum Nephriticum

in decocto ℥j.

Antinephriticis & antihydropicis me-  
dicamentis annumeratur.

*Salibus amarissimis fixisque con-  
stantia.*

Lignum Colubrinum

in decocto ℥℥.

Ejus fructus sunt nuces vomicae. Lau-  
datur quidem in febris intermit-  
tentibus quartanis, nec non vermibus  
necandis, sed deleteria facultate gau-  
det.

*Terreis constantia particulis.*

Santalum rubrum

Viscus Querc.

In decocto ℥℥.

Conveniunt in omnibus fluxibus si-  
stendis.

*Sale fixo & volatili purgante con-  
stantia.*

Lignum Panava

In decocto ℥℥. In subst. ad ℥℥.

Annos. vero an ʒj. i. ʒijj.

Recens & adhuc vegetum adeo potens  
est, ut serum & aquam tam per alvum  
quam vomitum expellat, relin-  
quens ob intensam suam acridinem  
in ano inflammationem: Siccum  
vero alvum blandius subducit &, si  
in pariori dosi exhibetur, sudores  
mouet.

CAP. IV.

DE FVNGIS.

FVNGI

*Sale acri in tenaci materia latente  
sunt praediti.*

Boletus Cervi

Auricula Judae seu fungus Sambuci

Agaricus est fungus purgans

Dosis Trochiscor. ʒ℥.

Resinae gr. xv.

Extracti ℥j.

Ejus usus in substantia est suspectus, tu-  
tior in Infuso vel decocto ʒj. Et  
corrigitur Zingibere.

Boletus, si recens vocatur in usum, spe-  
cificum est aphrodisiacum.

Auricula Judae adstringit & refrigerat.  
Omnes Fungi seu spongiae venenatae  
esse censentur, quoniam in earum  
substantiam densam & quasi coria-  
ceam lympham stomachalis Digestrix  
agere nequit.

CAP. V.

DE FRVCTIBVS.

FRUCTUS ET SEMINA.

*Sale volatili oleoso aromatico con-  
stantia.*

Caryophylli aromatici

Antho-

- Anthophylli  
 - - Regii  
 Macis  
 Nux Moschata  
 Cubebae  
 Cardamomum majus  
 minus  
 Piper nigrum  
 album.  
 longum.  
 Grana Paradisi  
 Semen ammos majus  
 minus  
 Anisi vulgaris  
 Chinenfis stellati,  
 Foeniculi  
 Levistici  
 In Apoplexia, paralyfi, Catarrho, Colica, vomitibus, & pellendis mensibus, dysuria, stranguria, vertigine, fluore albo &c. conveniunt.  
 Dos. In substantia ℞j. ꝑ℞.  
 In decocto vel infuso ꝑ℞.  
*Sale aromatico cum blanda viscositate conjuncta.*  
 Anethi  
 Carvi  
 Cumini  
 Baccae Juniperi,  
 Lauri.  
 Carpobalsamum  
 Dauci vulgaris  
 Cretici.  
 Sefelios  
 Seleris  
 Petroselinii vulgaris  
 - - Macedonici,  
 Apii  
 Rutae  
 Tanacetii.  
 In pellendis flatibus & hinc ortis malis specificè commendatur. Stimulant,  
 & resolvunt, aperiunt, lumbricos fugant & interimunt. &c.  
*Sale aromatico blande-confortante constant.*  
 Grana Chermes  
 Fructus Vainiliae majoris.  
 minoris.  
 Coriandri  
 Nigellae  
 In syncope, Lipothymia, palpitatione Cordis, henniis flatulentis, Catarrho, Coryza &c. conveniunt.  
*Salibus acribus fixis constantia.*  
 Sophiae Chirurgorum  
 Thlaspios  
 Nasturtii  
 Saxifragiae  
 Abscessus rumpunt, Urinam & calculum pellunt, stimulant & aperiunt.  
*Sale volatili acri cum oleo crasso constantia.*  
 Sinapios  
 Napi  
 Oleris attri  
 Raphani  
 Irritant, Urinam movent, flatus pellunt, obstructions referant, variolarum & morbillorum eruptionem adjuvant.  
*Sale fixo amaro constantia.*  
 Fumariae.  
 Cinae.  
 Cardui benedicti.  
 - - Mariae.  
 Bardanae.  
 Urticae vulgaris.  
 Romanae.  
 Sangvinem conglutiatum resolvunt, vermes necant. Urinam movent. Urticae tota planta decocta haemopticis



pticis valde prodest, praesertim si addatur Opium.

*Sale diuretico blando constantia.*

Alkekengi.  
Genistae.  
Milii Solis,  
Rusci.  
Asparagi.  
Cassiae.

Urinam movent & calculum pellunt admodum vehementer.

*Sale volatili purgante acerrimo & exurente constant.*

Staphidis agriae.  
Laureolae.

Ulus eorum internus pro scopo purgandi & stimulandi ob summam eorum acrimoniam est suspectus: Externe vero in masticatoriis, Gargarismis, odontalgicis, ulceribus ac papulis usurpantur.

*Sale purgante blando constat.*

Semen Pflylii.

in substantia ℥ij.

Interne biliosas cruditates leniter educit; Externe ad ambusta commendatur.

*Sale tam volatili quam fixo acri & purgante constantia.*

Colocynthis seu Alhandal.

in substantia ℥β.

Resina. ℥β.

Extract. gr. xij.

Extractum trochiscorum alh.  
gr. viij.

Nux vomica.

in infuso ℥j.

Colocynth. interdum per superiora, magis tamen per inferiora purgat.

Nux vom. Sale purgante Emetico

adeo hostili constat, ut citra convulsionis metum exhiberi interne vix possit.

*Sale purgante tam fixo quam volatili oleo crasso incluso constantia.*

Grana Tillia.

oleum destill. gtt. ij.

Extract. gr. xv. ad v. ad summum.

Cataputiae mediae.

maximae.

minoris.

In substantia ℥β.

Carthami vel Cnici semen

in substantia vel emulsione ℥ij.

Extract. j.

Diacartham. ℥vj.

Balanus Myreplica seu Nux Been.

Myrobalani.

Bellirici.

Cebuli.

Emblici.

Citrini.

Indi.

In substantia ℥j.

infuso vel decocto ad ℥ij.

Cassiae fistulosae pulpa ad ℥ij.

Pulpa Tamarindorum. ℥iβ.

Atriplicis semina ℥β.

Baccae Sambuci.

Pravos humores per alvum educunt;

Semen atriplicis movet quoque vomitus.

*Blanda viscositate constantia.*

Gossipii seu bombacis.

Hordei.

Cannabis.

Blanda sua viscositate omnes acredines corrigunt, hinc in tussi, phthisi, raudedine, nimia sanguinis effervescencia &c. conveniunt.

( b )

Sub-

*Subdulcibus Particulis & oleosis temperatis constantia.*Amygdalae dulces,  
amarae.

Rastinacae.

Nuclei Pini.

Cerasorum Nuclei.

Pescorum Nuclei.

Anacardium.

Cacao.

Conveniunt in phthisi, Hectica, atrophia, tollunt tormina ventris, omnes acredines corrigunt, hinc in dysuria, Ischuria & stranguria laudantur. In Gonorrhoea etiam feliciter adhibentur & semen valde augent. Amygd. amar. ab ebrietate praecaveant. Urinam pellunt, calculum movent, oleum Amygdalarum faeces alvi induratas emollit.

*Particulis dulcibus & viscosis constantia.*

Dactyli.

Ficus seu Caricae.

Sebesten.

Pruna.

Passulae minores seu Corinthiacae.

Siliqua dulcis seu Ceratonia.

In Tussi, asperitate faucium, raucedine, Catarrhis ab acri lymphæ ortis, ut & dysuria & ardore Urinae, nec non foda conveniunt. Pruna & Passulae leniter laxant.

*Particulis aquosis constantia.*

Semina quinque frigida majora, nimirum

1. Citrulli.

2. Cucumeris.

3. Cucurbitae.

4. Melonis.

5. Peponis.

*Semina quatuor frigida minora.*

1. Lactucae.

2. fariolae.

3. Portulacae.

4. Plantaginis.

Temperant & obtundunt Salia acria quaevis & per Urinam expellunt. Prosumt etiam in competenda siti, in sistendis sanguinis & feminis ebullitionibus. Conveniunt etiam in linguae ariditate leniendisque intestinorum doloribus a bile acris ortis.

Semen Plantaginis habet simul virtutem adstringentem.

*Particulis crassis aquosis seu mucaginosi absque oleo se tam subito manifestante constantia.*

Althaeae.

Malvae.

Aquilegiae.

Fœnu Graeci.

Orobi.

Ciceris.

Lupini.

Fabarum.

Lini sativi.

Hyperici.

Externæ emolliunt, tumores abscessusque maturant. Internæ variolarum & morbillorum eruptionem promovent, Urinam, fatum, mensesque nec non lochia & calculum pellunt.

*Mucagine volatili praedita.*Hyoscyami in infuso vel decocto  
ʒij.

Papaveris

Inter anodyna &amp; hypnotica referuntur.

Hyoscyamus in substantia commendatur

tur in haemophthysi, caute tamen ob vim stupefacientem procedendum est cum ejus usu.

*Terreis constantia particulis.*

Gallae.  
Sumach.  
Mespili.  
Cupressi.  
Myrti baccae.

Cydoniorum semina Dos.  $\frac{3}{\beta}$ . & ultra vehementer adstringunt, hinc in alvi aliisque fluxibus sistendis, ani procidentia, firmandis dentibus a scorbuto oris laesis, vomitu &c. conveniunt.

CAP. VI.

DE HERBIS, FOLIIS ET GERMINIBVS.

*Sale volatili aromatico copioso constant.*

Origanum Creticum.  
Majorana.  
Serpillum.  
Saturcia.  
Melissa.  
Hormini species Scleara dicta.

In omnibus catarrhis, obstructionibus, affectibus soporosis, palpitatione cordis, Epilepsia, sterilitate, Mania, passione hysterica, fluore albo, Venere stimulanda &c. conveniunt.

*Particulis salinis volatilibus aromaticis cum quibusdam fixis constant.*

Rosmarinus.  
Salvia.  
Mentha Crispa.  
aquaifica.  
Menthastrum.

Mentha Cattaria vel Nepeta.  
Calamintha.  
Pulegium.  
Hysopus.  
Polium.  
Dictamnus Creticus.  
Matricaria.  
Artemisia.

In omnibus obstructionibus referendis, convulsionibus, Inflammationibus, fluore albo, memoria debili, Epilepsia, vertigine, paralyfi, chlorosi, leucophlegmatia, arthritide, cholera, Tussi, pleuritide &c. conveniunt, mensesque & lochia movent.

*Sale volatili oleoso cum multo fixo constantes.*

Schaenanthe s. Junius odoratus.  
Abrotanum.  
Ruta.  
Sabina.  
Marrubium.  
Tanacetum.  
Ablinthium vulgare.  
Ponticum.

Anthelmintica, emmenagoga & diuretica sunt, ac in Gonorrhœa, satyriali & priapismo conveniunt.

*Sale blando cum paucis volatilibus constantes.*

Thea.  
Agrimonia.  
Betonica.  
Chamaedrys.  
Ribesium.

Ob blanda salia tam fixa quam volatilia nec non particulas terreas omnem acrimoniam sanguinis temperant, & per Urinam educunt.

Thea imprimis laudatur a Chinesibus in Comate somnolento & vigili.

( b 2 )

*Sale*

*Sale blando fixo cum quibusdam terreis constantes.*

Veronica.  
Hedera terrestris.  
Pimpinella.  
Euphrasia.  
Hypericum.

Incidunt viscidam pituitam in pulmonibus, intestinis & renibus haerentem, hinc in phthisi, Tussi, Colica, Nephritide &c. conveniunt.

*Sale aromatico oleoso penetrantissimo cum acido volatili constantes.*

Cochlearia.  
Nasturtium.

Urinam vehementer pellunt.

Nasturtium ad vermem pericardii enecandum vim specificam habere dicitur.

*Sale volatili acri absque oleo constantes.*

Erysimum.  
Perficaria.  
Cuscuta.  
Epithymum.

Conveniunt in Tussi, raucedine, tumoribus resolvendis. Aquae destillatae vermes necant; Externe Ulcera & vulnera mundificant.

*Salibus fixis amaris constantes cum paucis volatili sale.*

Centaurium minus.  
Carduus benedictus.  
Fumaria.  
Scotidium.  
Lupulus.

Deobstruunt, acidas cruditates corrigunt, antifebrilia sunt, Lumbricos necant & fugant.

*Salibus acribus & virtute purgativa donatae.*

Folia Sennae pulv. ʒij. in infuso ʒβ.

Soldanella pulv. ʒj.  
succus ʒiij. ad ʒβ.  
In Decocto M. I.

Gratiola pulv. ʒβ.

Infus. ʒij.

succ. inspiss. ʒj.

Extract. ʒβ.

Conserv. ʒij.

Nicotianae oleum destill. sanguini permixtum praesentaneum avertit mortem.

Cathartica sunt; Gratiola & Nicotiana, tam per superiora quam inferiora vehementer purgant.

*Sale nitroso laxante constantes.*

Mercurialis.  
Parietaria.  
Violaria.

Faeces alvi emolliunt & alvum subducunt, fluxum mensium promovent, utrumque purgant. Adhibentur interne & externe in decocto, Cataplasmate, pessariis & Clysteribus.

*Particulis aquosis crassis seu mucaginosiis constantes.*

Althaea.  
Verbascum.  
Malva.  
Tussilago.

Respondent seminibus & radicibus suis usu. Verbascum in tenesmo, dysenteria, doloribus haemorrhoidum & praecipue praesidentia ani & uteri commendatur.

*Terreis particulis constantes.*

Equisetum.  
Muscus quercinus.  
Pulmonaria.

Virga

Virga aurea.  
Bursa Pastoris.  
Verbena.  
Pyrola.  
Sanicula.  
Alchymilla.  
Pilosella.  
Polygonum.

Pellunt Urinam calculumque, siccant, fluxus sistunt, phtisim curant & vulnera ulceraque mundificant ac sanant.

*Particulis Terreis temperatis & blandis volatilibus constantes.*

Quatuor capillares herbae.

1. Adiantum.
2. Capillus Veneris.
3. Polytrichum aureum.
4. Scolopendrium.

Phillis f. Lingva cervina.

Leniter adstringunt. Pulvis Aureus, qui in parte foliorum averfa harum plantarum reperitur, cum succino albo & succo Portulacae exhibitus, cito Gonorrhoeam curat.

CAP. VII.

DE FLORIBVS.

FLORES.

*Salibus volatilibus s. aromaticis constantes.*

Rosmarini.  
Salviae.  
Lavendulae.  
Chamaemeli.  
Crocii orientalis.  
Stoechados.  
Schaenanthi.  
Caryophylli f. Tunicae.  
Violarum.  
Rosarum pallidarum.

Tiliae.  
Liliorum convallium.  
Primulae veris.

Cephalica, uterina nervinaque sunt & in omnibus convulsionibus conveniunt.

*Mucilagine tenui pollentes.*

Meliloti.  
Sambuci.

Ob Virtutem discutientem, emollientem & dolores mitigantem in inflammationibus, doloribus nephriticis & podagricis tam interne quam externe applicati, conveniunt.

Samb. Flores alvum blande laxant, Lac augment & sub Cataplasmatis forma capiti externe applicati ad somnum disponunt.

*Sale fixo cum pauco volatili constantes.*

Cheiri.  
Calendulae.

Inter nervina numerantur, Menses, Lochia & foetum adeo potenter pellunt, ut non raro eorum odorem redoleant excreta.

*Terreis constantes particulis.*

Borraginis.  
Buglossi  
Cyani.

Cardiacis annumerantur, menses & Urinam movent, nec non in ltero virtute sua incidente & aperiente suppetias ferunt.

*Mucilaginositate crassa constantes.*

Malvae roseae.  
Verbasci.  
Paeoniae.  
Papaveris erratici.

Malvae Flores ob vim quoque adstringentem Gargarismata, in uvulae,  
( b 3 )

Gin.

Gingivarum, & faucium exulceratione ingrediuntur. *Verbasci*, respondent foliorum virtuti. *Paeoniae* antepileptici, *Papaveris* vero Anodynus & hypnotici sunt.

*Particulis Terreis constantes.*

Balaustiorum.  
Nymphaeae.  
Rosarum rubrarum.

Virtute adstringente & refrigerante gaudent, quapropter in omnibus fluxibus sistendis commendantur.

CAP. VIII.

DE

GUMMATIS ET RESINIS,  
SUCCIS QVIBVSDAM.

*Particulis salinis volatilibus aromaticis oleosis cum blanda vi laxante constantes.*

Gummi Ammoniacum  
Galbanum.

*Ala foetida* ℥j.

Ratione salis volatilis oleosi, incidunt, discutunt & aperiunt; ratione viscidarum partium leniunt & emolliunt; Utriusque autem ratione in largiori dosi exhibitae, alvum solvunt, ac in Tussi, Asthmate, passione hysterica, malo hypochondriaco, Scorbuto &c. optime conducunt.

*Spissiora, solidiora & aridiora, salibusque oleosis constantia.*

Sagapenum.  
Gummi Animae.  
Cancamum.  
Sandaracha Graecorum.  
Mastiche.  
Thus seu Olibanum.

Lacca.  
Succinum.  
Elemi.  
Caranna & Tacamahaca.  
Pix.  
Benzoin.

Externe varie iis utimur vel in suffitu, in Catarrhis, capitis, doloribus, morbis soporosis ac convulsivis, alvi fluxibus, haemorrhagiis, Gonorrhoea; vel in Emplaktris, in Herenniis, Tinea &c.

Interne quaedam blanda sunt diaphoretica & bechica.

*Liquida sale volatili oleoso scatentia.*

Terebinthina.  
Balsamum Peruanum nigrum.  
Balsamum Copaiba s. Peruan. album.  
Liquidambra.  
Styrax liquida.

Ob salia volatilia suae visciditati inclusa cum superioribus conveniunt. Insuper etiam experientia confirmatum est, ea imprimis prodesse in affectibus thoracis, viscerum larguore, obstructionibus, Nephritide, Stranguria, Gonorrhoea, fluore albo & alvi fluxibus, nec non vulneribus & ulceribus curandis.

*Particulis acris in viscidis inclusis, constant & fortiter purgant.*

Euphorbium ℥℥.  
Elaterium. gr. vj. Extracti. gr. j. vel. ij.  
Gutta Gamba vel Gummi Gutt. ℥℥.  
Scammonium gr. xv.  
Aloe. ℥j. ℥jij.  
Manna. ℥jij.  
Sarcocolla cujus Mpil. ℥℥.

Opopanax cujus Mpil. ℥j.  
Priora tria vehementer *αἰσ. καὶ νότω* purgant & vix sine periculo exhibent.

bentur. Corriguntur tamen Acidis. Reliqua vero per inferiora tantum, si nempe in legitima praescribantur dosi, purgant. Eorum vis tormina facile excitans, corrigitur Cinamomo; tarda vero exaltatur Sale Tartari vel sale quodam falso v. g. Arcano dupl. &c.

**SVCCL**

*Correcti mucilaginosi dulces.*

Saccharum.  
Succus Liquiritiae.  
Mel.

In Tussi, raucedine, aliisque vitis pulmonum, melancholia, hysterica passione, hypochondriaca effectione &c. conveniunt. Ast quoniam facile acorem contrahunt, usus videtur esse suspectus. Externe vulneraria sunt & Ophthalmica.

*Sale tam volatili quam fixo oleoso & intensissima amaritiae praedita sunt.*

Myrrha {  
Bdellium { *℞. vel gr. xv.*

Ratione puritatis solum differunt, bdellium enim myrrha est purior. Specificam habent vim in omni putredine bilisque ac aliorum humorum acrimonia corrigenda, obstructionibus removendis, foetu mortuo expellendo, mensibus & Lochiis promovendis, lumbricis fugandis enecandisque, nec non variolarum & morbillorum eruptione adjuvanda, febribusque malignis curandis. Externe applicata ulcera & ulcera fordida gangraenosa ac scorbutica mundant & sanant.

*Particulis aquosis crassis & renacibus constantes.*

Gummi Arabicum.  
Tragacantha.

Lympham acriorem tenuioremque inviscant & incrassant, quapropter in raucedine, a Catarrhis acrioribus nec non tenuioribus ore, haemoptili & aliis fluxibus ac stranguria ab eadem causa originem ducentibus, conveniunt.

*Oleo crasso in mucilaginosi partibus contento constant.*

Bitumen Judaicum.  
Colophonia.  
Cera.

*Bitum. Judaici* usus tantum est externus in balsamis nempe Antapoplecticis conficiendis. *Colophon.* lenit, temperat & emollit, simulque Urinam pellit, ejusque acredinem temperat; pro hoc ergo scopo in spiritu vini soluta, exhibetur. Hujus tamen usus externus frequentior est interno.

*Cera.* Convenit cum Colophonia quoad particulas constitutivas. Interne a nonnullis commendatur in cholera. Externus tamen ejus usus est frequentior.

Oleo Cerae destillatum ad gtt. v. exhibitum cum aqua Petrosel. in passione nephritica & Urinae suppressione egregium est medicamen. Vulnerarium etiam ministrat remedium.

*Particulis volatilibus oleosis mucilage inclusis constant.*

Opium gr. j. ad ij.  
Camphora gr. v. ad ℞.  
Opium inducit quietem somnumque, lenit dolores & impetuosum lan-

guis

guinis spirituumque animalium motum compescit, hinc in omnibus illis morbis, in quibus quiete opus, doloresque mitigandi sunt, convenit.

*Camphora.* Ob sal volatile oleosum & nonnihil mucaginosum, sed subtilissimum, blandam spiritibus requiem inducens & simul acido viscoso terreas crassasque partes potentissime discutientem, sudoriferum & anodynum universale est, quibus nominibus specificè convenit in febribus malignis, Peste, deliriis, melancholia, morbisque convulsivis. Opio juncta in delirijs & melancholicis affectibus specificè est.

*Terreis particulis constant.*

Sanguis Draconis.  
Terra Catechu seu Japonica.  
Succus Acaciae Germanicae.  
- - - Aegyptiacae.

Adstringunt, quapropter in sistendis omnium fluxuum generibus conducunt.

*Succus sale falso nonnihil laxante constans.*

Tartarus crudus a  $\beta$ . ad  $\gamma$ . & ultra. Ob sal falsum ex Alkali multo & acido paucò constructum, virtutem tam incidentem, stimulantem & resolventem quam laxantem obtinet.

PARS ALTERA.

## REGNUM ANIMALE SISTENS.

*Partes animalium sale volatili oleoso cum particulis multis terreis constantes.*

Cornu Cervi.

Cranium humanum.

Ebur.

Unicornu verum seu marinum.

Ungula Alcis.

Blatta Bizantina.

Mandibulae Lucii piscis.

Os Sepiae.

Oculi Cancrorum.

Sanguis Hirci.

Mumia.

Lapis Bezoar Orientalis.

Occidentalis.

Entali.

Umbilicus Veneris.

Dentali.

Dens apri.

Horum medicaminum substantia tam cruda quam praeparata sale alcalino volatili multaue terra constans, vi incidente & absorbente omnia acida ac viscida pollet; Blanda sunt sudorifera, Antispasmodica & diuretica. Conveniunt in febribus malignis, variolis, morbillis, diarrhoea, dysenteria, Epilepsia, Apoplexia, fluore mulierum albo, pleuritide &c. omnibusque ab acido ortis morbis medenter.

Dosis est  $\beta$ . ad  $\gamma$ .

*Materiae ex animalibus sumptae saleque volatili cum odore fragrantissimo, constantes.*

Moschus

Zibethum.

Castoreum.

} in substantia gr. vj. viij.

Virtutem habent nervinam, analepticam, Cardiacam atque anodynam. Venerem stimulant, hystericas passiones & colicam &c. tollunt. Cavendum tamen sedulo, ne illis propinentur, quorum natura ab usu horum medicamentorum abhorret.

*Pars*



*Pars animalis sale volatili cum multa pinguedine constans.*

Sperma Ceti ℥j. ʒβ.

Virtutem habet anodynam, bechicam, incidentem & diureticam. In sanguine congrumato resolvendo specificum est remedium, & commodissime cum jusculo vitelloque Ovi propinatur.

*Animalia sale blando volatili constantia.*

Stincus.

Lumbrici Terrestris.

Diuretica & Diaphoretica sunt.

Pulv. ℥j.

*Animal causticum & acerrimum.*

Cantharides, a gr. β. ad gr. ij.

Ufus internus est diureticus, licet sit suspectus ob vim causticam renes & vesicam exulcerantem. Ast frequentior est externus in excitandis vesicis, ad capitis, aurium, oculorum dolores, suffusiones & inflammationes abigendas.

Vis nimia caustica temperatur lacte vaccino, minime vero acido, teste experientia.

*Partes animalium, oleosis crassis particulis constantes.*

Ichthyocola.

Particulis pinguibus, glutinosis seu mucaginosis cum paucis volatilibus constat, & propterea eo, ut temperante & anodyno utimur in specie in dysenteria & diarrhoea temperanda, Lymphaque acri incrassanda.

*Animal sanguisugum.*

Hirudo.

Applicatur hoc insectum vivum vulvae, ano, pedibus aliisque partibus ad extravasandum sanguinem. Si pertinacius adhaereat, nec facile decidat, aspergendum est sale quodam.

*Pars animalis terreis constans particulis cum paucis sale volatili.*

Folliculi serici.

Ob paucum sal volatile Cardiaci habentur; Externe cinis eorum ulceribus mundificandis aspergitur.

PARS TERTIA.

REGNUM MINERALE  
EXHIBENS.

*Sale falso volatili constantia mineralia.*

1. *Sal ammoniacum.*

Vi gaudet diuretica, stomachica, antifebrili. ʒβ.

2. *Borrax.* Potens est emmenagogus, aphrodisiacum & Venerem stimulans, ʒβ.

3. *Chrysocola.* Nil aliud est quam Borrax cruda; aurif. bri inprimis ad consolidandum aurum & argentum ea utuntur.

4. *Sal commune.* Diureticum est. ʒj.

5. *Sal Gemmae.* Convenit cum sale communi in omnibus eoque tantum paulo potentius est. ʒβ.

6. *Nitrum.* Refrigerans & diureticum est, nec non antaphrodisiacum. ℥j.

7. *Lapis prunellae.* Convenit cum Nitro, nihil enim aliud est, quam Nitrum cum sulphure depuratum. ℥j.

8. *Alumen rupeum.* Vim possidet diureticam & antifebrilem adstringentemque. Externe laudatur in Ophthalmia, nec non carne fungosa absumenda. ℥β.

9. *Alumen plumosum.*

Ob acutas suas particulas cuti inspersum pruriginem excitat, in quem finem membris paralyticis solet applicari ad vellicandos nervos, & torpidum animalium spirituum motum corrigendum.

(c)

Mi-

*Mineralia sale falso volatili corrosivo constantia.*

*Calx viva*: Multo sale alcalino praevalente & pauco acido, utroque tamen volatili & simul corrosivo cum terra constat. Hinc in vulnerum acido destruendo, Gangraena & sphacelo compescendo, in nervis & paralyti curandis, ut & in ambustis ac hydrocephalo externe usurpatur; Admifcetur a nonnullis injectionibus contra Gonorrhoeam & Clysteribus in colica alvoque adstricta.

*Aqua Calcis vivae* laudatur in diarrhoea curanda. Alii ejus tincturam commendant pro diuretico.

*Arsenicum album.*

rubrum.

Citrinum.

*Sale falso, sulphureisque volatilibus acerrimis & exedentibus partibus constat, humanae naturae averissimis. Extrinsecus tantum adhibetur ad absumendam carnem, clavos, scirrhos, Pilos, item ad ulcera serpentina & canerosa. Interne non sine summo periculo in febribus intermittentibus usurpatur.*

*Auripigmentum.* Cum Arsenico convenit & eodem modo externe usurpatur.

*Cinnabaris factitia* gr. iij.

Ex una parte sulphuris & tribus Mercurii parata, sale volatili corrosivo tam sursum quam deorsum vehementer purgante constat. Frequentior ejus ulus externus in suffugiis ad excitandam salivationem & curandam luem veneream, ulcera & scabiem gallicam, callosque absumendos.

*Mercurius sublimatus* gr. j. cum succo Liquiritiae propinatur. Gaudet sale falso volatili acerrimo & corrosivo, vomitus & sedes vehementer cau-

sante, quas salivatio insequitur? quapropter interne rarissime usurpatur. Externe vero in ulceribus Gallicis mundificandis locum habet. Adjungitur autem loco stimuli Unguento Neapolitano ad salivationem promovendam; Venenis acerrimis annumeratur merito.

*Mercurius praecipitatus ruber.* gr. j.

Mitior multo est sublimato, unde interne exhiberi potest, cum circumspeditione tamen, ad vomitus, sedes, & salivationem promovendam.

*Mercurius praecipitatus albus* gr. iij.

Mitior est rubro.

*Mercurius viridis* gr. iij. usque ad gr. vij.

Specificus est in Gonorrhoea virulenta, cujus fluxum non tantum promovet, sed in recessu etiam sistit.

*Mercurius dulcis* ℞j. ad ʒβ. & ultra:

Inter mercurialia medicamina temperatissimum & tutissimum est, adeoque pueris sine noxa & periculo propinari potest. Purgat blande per inferiora, & caeteris purgantibus loco coadjuvantis, imo & diagrydio ut correctiorum, in lue venerea curanda adjungitur, singulisque diebus aut biduis exhibetur pro salivatione excitandi. In expellendis lumbricis specificum est remedium.

*Minerale oleosum seu pinguis particulis cum sale acido volatili constantis.*

*Sulphur*, Ejusque Flores.

In phthisi, Tussi, Colica, aliisque laudatur calibus; omnem acrimoniam nimiam, praesertim bilis, temperat; Externe scabiem & ulcera curat.

Dof. ʒβ.

*Minerale, sale volatili, alcalicis affini absque terra constans.*

*Mercurius vivus.*

Al-

Alcalicæ naturæ Mercurium esse probant.

1. Ejus effervescentia cum acidis.
2. Quoniam in omnibus morbis ab acido ortis v. g. lue venerea egregie convenit.

Volatilitas ejus autem fit manifesta ex eo, quod igni impositus facite in auras abire solet. Interne usurpatus, salivationem excitat & vermes necat: In morbo gallico curando specificus est. Ratione gravitatis suæ in Colica & Iliaca passione alvique faecibus induratis cum fructu exhibetur super bibendo oleum Amygdal. ʒj. & ultra.

*Minerale sale volatili sulphureo cum terra constans.*

*Antimonium crudum.*

Partibus sulphureo Alcalinis cum multa terra minerali constat. Ob terram acidum imbibentem & invertentem datur crudum in Epilepsia, orta a cruditatibus primarum viarum acidis; & ob sulphur volatile decoctis contra morbos chronicos additur.

Potiora medicamenta, quæ ex eo parantur & a Morley *Collectan. Chym. Leydens.* describuntur, sunt sequentia.

Antimonium calcinatum.

Sapa vomitiva ʒij.

Tinctura Antimonii ʒj.

Pulvis emeticus. gr. xv.

Syrupus emeticus. ʒj.

Hepar seu Caementatio Antimonii.

Crocus metallorum seu terra sancta

Rulandi in subst. gr. iv. ad ʒβ.

Aqua benedicti Rulandi. ʒiβ.

Antimonium diaphoreticum seu Calx

Antimonii. ʒβ.

Nitrum Antimonii. ʒβ.

Antimonii Magisterium vel Cremor.

Regulus Antimonii, Iovialis, Martialis,

in substant. gr. iv.

Tinctura Metallor. Maetsiana gtt. xxx.

Antihecticum Poterii. ʒβ.

Cerussa Antimonii seu bezoardicum minerale a gr. iij. ʒβ.

Lilium Paracelsi gr. iv. ad vi.

Flores & sulphur inflammabile ʒj.

Panacea sulphuris Antimonii gr. viij.

Balsamus sulphuris Antimonii gtt. x.

Flores Antimonii albillimi } gr. iv.

rubri }

Antimonii sulphur fixum seu diaphoret. Helmontii ʒij.

Antimonii Quinta Essentia gr. vj.

Panacea Anvaldina ʒβ.

Clyssus seu acetum Antimonii simplex & composit. gtt. vij.

Antimonii Butyrum.

Rosa mineralis. gr. viij.

Mercurius vitæ gr. iij.

Purgans fecurum gr. vj.

Spiritus Vitrioli philosophicus gtt. iv.

Bezoardicum mineral. ʒj.

Cinnabaris Antimonii. ʒβ.

Descriptiones horum medicamentorum videantur loco citato.

*Mineralia sale volatili purgante constantia cum terra adstringente.*

*Lapis Armenius.*

*Lazuli ʒj.*

Uterque horum lapidum possidet virtutem purgantem & emeticam specificè in morbis soporosis, mania, Apoplexia, ut & quartana convenientem. Tosti seu mediante igne particulis suis volatilibus orbat, tantum adstringunt.

*Vitrum Antimonii.* Raro datur in substant. gr. ij. Tam per superiora quam inferiora vehementer contenta expurgat.

*Crocus metallorum* gr. iij.

Mitior paulo est vitro Antimonii.

(c 2)

MS

*Mineralia sale acido cum paucō alcali constantia.*

*Vitriolum album* 3β.  
Hungaricum.  
Romanum.

Vitrioli genera omnia constant sale acido volatili & fixo, plus minus corrosivo, cum paucō alcali & terra metallica. In sale fixo, alcali juncto, consistit vis emetica, in terra vis adstrictoria.

*Chalcitis.*

Cum vitriolo viribus convenit, licet externe usurpata potentius agat.

*Aerugo vel Viride aeris.*

Sale falso caustico gaudet, & ad ulcera mundificanda usurpatur; absument quoque excrescentias carnis praeter-naturales.

*Mineralia terreis firmiter partibus constantia.*

*Aurum.*

*Argentum.*

Commendantur ad compescendam nimiam salivationem a Mercurio factam, quia copiosus ab Auro absorbetur.

*Lapis Calaminaris.*

Eo utimur ad vulnera & ulcera exciscanda, praecipue in intertrigine.

*CrySTALLUS.* 3j.

Adstringens est medicamen, & ob potentem vim absorbendi acidum a nonnullis laudatur in Epilepsia & Cardiālgia.

*Granatus.*

*Hyacinthus.*

*Sapphirus.*

*Sardus.*

*Smaragdus.*

Omnēs hi lapides virtutibus coincidunt; in absorbendo primarum viarum acido efficaces sunt & urinam potenter movent.

*Osteocolla.*

Praeter facultatem terreis communem singulare quid obtinet in generando callo; laudatur etiam in fluore albo, & febribus intermittentibus.

*Tutia.*

In inflammatione oculorum, haemorrhoidum, ut & in vulneribus curandis adhibetur externe tantum.

*Pumex.*

Ob scabras particulas sordes dentium absumentes, ingreditur pulveres dentifricos ad dealbandos eosdem. Nonnulli etiam hunc lapidem praeparatum ad nimios alvi fluxus sistendos, propinquant.

*Mineralia particulis terreis cum alcali constantia.*

*Corallia rubra.*

alba.

nigra, quae frequenter in China reperitur.

*Unicornu fossile.*

*Rolus alba.*

Terra Lemnia.

Armenia.

Sigillata.

Vulgaris.

Virtute gaudent absorbente & adstringente.

*Lythargyrium.*

*Cerussa.*

*Minsum.*

Ad exciscanda ulcera inflammationesque sedandas externe usurpantur.

*Ferrum.*

*Chalybs.*

*Lapis haematites.*

*Magnes.*

Gaudent terra metallica acidum absorbente & adstringente, saleque alcalico acidum destruentem, hinc utroque nomine obstructions aperiant & inde morbos ortos, praecipue chronicos curant.

Ante alios Lapis haematites haemorrhagias tam externas quam internas aliosque fluxus egregie sistit.









